Noverint universi quod Ego Baudilius Vivas canonicus secularis et collegiate ecclesie sancti felicis gerunde procurator sive yconomus et actor venerabilis conventus monialium monasterii sancti danielis ordinis sancti benedicti extra et satis prope menia gerunde prout de huiusmodi mea procuratione et potestate constare assero publico mandato instrumento penes venerabilem Joannem miralem savarres nott publicum gerunde rogato die vigesimo secundo mensis septembris anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio gratis et ex certa sciencia absolvo dono diffinio penitus quod remitto dicto nomine atque relaxo vobis honorabili Joanni mateo armand chirurgico gerunde tanquam heredi universali testamentario honorabilis armandi mateu quondam chirurgici gerunde presenti et vestris et quibus volueritis perpetue omnia et singula tertia laudismia et foriscapia et ... media laudismia et media foriscapia per vos michi dicto nomine et seu dictis dominabus dominis principalibus meis nomine dicti monasterii debita et alia singula citra tempore solum cessata tam in ratione et pretextu vestre acquisitionis per vos facte ... de manso pla latiner terrisque honoribus et possessionibus ac juribus et pertinentiis eiusdem simul cum dicto manso crexell vulgariter nuncupatis de bellsola parrochie sancti martini de cassano de silva et de quibus singulis aliis terris honoribus et possessionibus de pertinentiis tam dictorum mansorum vocatorum pla latiner et crexell quam aliorum mansorum ... sive man sataram eisdem agregatis tam vigore testamenti seu ultime voluntatis dicti quondam honorabilis armandi mateu avunculi et predecessoris vestri per ipsum conditi et firmati in posse venerabilis michaelis ... notarii casmay quondam notarii publici gerunde vigesimo octavo mensis decembris anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto quam aliis quibusvis temporibus juribus titulis qui et que dicto monasterio sancti danielis directe et alodialiter tenentur necnon etiam et omnia et que singula averagia quorumcunque censuum tascharum sive agrariorum et aliorum jurium dominicalium et inde prestari debitis et solitis ... citra tempora etiam debita et soluta cessata ... nunquam de cetero per me dicto nomine et seu per dictas dominas principales meas possint contra vos et vestros ... successores ... ri ac etiam intemptari in judicio vel extra aliqua lis questio petitio vel demanda aut controversia de jure vel de facto directe vel indirecte aut alias quoquomodo immo de predictis omnibus et singulis sitis quitii liberi et immunes atque perpetuo absoluti penitusque relaxati quoniam ego dicto nomine de predictis omnibus et singulis facio vobis et vestris bonum et perpetuum finem et diffinitionem remissionem et relaxationem pactumque firmissimum solemni stipulatione vallatum de ulterius aliquid ex eisdem non petendo atque deno agendo prout melius et utilius ad vestrum vestrorumque bonum et sanum intellectum potest intelligi sive dici cedendo ... et dando inde vobis et vestris ... in predictis omnia jura et loca mea et meorum omnesque etiam voces vices rationes et actiones reales et personales mixtas utiles et directas ordinarias et extraordinarias et alias quas unquam michi et meis in predictis et eorum occasione pertinentia et pertinentes pertinereque debentia et debentes quoquomodo quibus juribus cum vocibus vicibus rationibus et actionibus predictis possitis vos et vestri et quos volueritis pro supra predictis uti agere et experiri in judicio et extra judicium tam in agendo quam in deffendendo quam in ... aliis modis et contra cunctas personas sicut et quemadmodum ego dicto nomine et mei facere poteramus ante huiusmodi instrumenti confectionem ... et actionem cessionem et possem facere nunc vel etiam post quandoque ego enim dicto nomine facio et constituo inde vos et vestros et quos volueritis perpetuo in predictis veros dominos et procuratores ut in rem vestram et vestrorum propriam ... voluntas ac huiusmodi autem fine absolutione et diffinitione excludo et michi dicto nomine reservo annatam dictorum censuum ... pro anno proxime lapso de ... et solutis cessatis et de anno etiam currenti suis statutis terminis debendi et insolutis ... etiam tenore eiusdem presentis publici instrumenti laudo dicto nomine approbo et dominii ratione firmo dictam vestram acquisitionem per vos de dictis manso pla latiner terrisque honoribus et possessionibus eiusdem et aliis tam predictis quam aliis quibusvis titulis qui et que pro dicto monasterio sancti danielis directe et alodialiter tenentur factis juribus tamen meis dicto nomine et sendicti monasterii ac dominarum principalium mearum predictarum in omnibus et per omnia semper salvis remanentibus et salvis ... pro huiusmodi autem fine diffinitione et absolutione ac firma dominii ratione confiteor et recognosco me a vobis habuisse et recepisse mee omnimode voluntati numerando in presentia nott et testium infrascriptorum decem libras barchinones renuntiando ad cautelam exceptioni pecunie predicte non numerate non habite et non recepte et ... et doli mali omnique alii juri hic obvianti et si plus predictis michi dicto nomine pertinet aut a vobis habere deberem totum illud plus quantumcunque sit vel fuerit vobis et vestris dono dicto nomine et ... remitto donatione et remissione irrevocabiliter inter vivos renuntio eodem nomine beneficio ... legis quadecepti ultra dimidiam justi ... subveniunt omnique alii iuri obvianti ... promitto michi et promitto vobis et vestris necnon et notario publico gerunde infrascripto pro vobis legittime stipulanti et recipienti ac etiam sponte juro dicto nomine per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus meis ... corporaliter tacta diffinitionem huiusmodi omniaque alia et singula supradicta rata grata et firma semper habere tenere et servare attendere et complere et nullatenus contrafacere vel venire ratione aliqua jure modo vel causa Actum est hoc gerunde die vigesima septima mensis februarii anno a nativitate domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo Sig+num baudilii vivas canonici ... et dominii ratione firmantis predicti qui hec dicto nomine laudo firmo et juro Testes huius rei sunt honor michael amat auri faber et petrus palier barraterius gerunde ...

... Approbo ... notis ...

Sig+num Bernardi Casellas nott publici auctoritate Regia substituti ab herede seu successore Jacobi de Campo longo quondam publici Civitatis bajulie et vicarie Gerunde ... notario ... scribi feci et clausi

Sit omnibus notum quod Ego Baudilius Vivas canonicus secularis et collegiate ecclesie sancti felicis gerunde procurator sive yconomus et actor venerabilis conventus monialium monasterii sancti danielis ordinis sancti benedicti extra et satis prope menia gerunde prout de huiusmodi mea procuratione et potestate constare assero publico mandato instrumento penes venerabilem Joannem mirallem savarres notarium publicum gerunde rogato die vigesimo secundo mensis septembris anno domini Millesimo quingentesimo septuagesimo tertio — gratis et ex certa sciencia confiteor et recognosco vobis honorabili Joanni mateo armand chirurgico gerunde presenti quod dedistis et solvistis michi quodque ego dicto nomine a vobis habui et recepi mee omnimode voluntati numerando in presentia nott et testium infrascriptorum omnes illas decem libras barchinones de et quibus vobis feci et firmavi dicto nomine finem et diffinitionem ac dominii ratione firmam ... laudationibus ... in expresso instrumento ... finis et diffinitionis instrumento paulo ante istud die presenti in subscripti nott posse confecto ad quod refertur Et ideo renuntiando ad cautelam exceptioni dicte pecunie non numerate non habite et non recepte et doli de predictis decem libris barchinonensis per vos michi dicto nomine ut predicitur exsolutis presentem vobis facio dicto nomine apocham de soluto cum pacto firmissimo de ulterius aliquid non petendo seu deno agendo In fidem et testimonium premissorum Actum est hoc gerunde die vigesima septima mensis februarii anno a nativitate domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo Sig+num baudilii vivas canonici confitentis predicti qui hec laudo concedo et firmo Testes huius rei sunt honor michael amat auri faber et petrus palier barraterius gerunde

Sig+num Bernardi Casellas nott publici auctoritate Regia substituti ab herede seu successore Jacobi de Campo longo quondam publici Civitatis bajulie et vicarie Gerunde ... notario scribi feci et clausi

1547

1577. II. 27

1323(2)b

T. 182 x 258

1548